



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 247. Quamdiu liceat protrahere prandium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

apud *Dian.* p. 1. t. 9. R. 32., aut intra quadrantem & medium, uti habet *Tamb.*, mutatâ voluntate iterum assidere & comedere, quia moraliter censetur una comestio; & ita etiam docet cum aliis *Sanch.* in conf. l. 5. c. 1. dub. 24. Hinc absolute tenent *Less.* l. 4. c. 2. n. 11. & alii contra *Nav. Val. Castrop.* t. 30. D. 3. p. 2. §. 2. n. 2. si quis sufficienter refectus surrexit animo non revertendi, posse post interpositum temporis intervallum mutatâ intentione redire & continuare prandium; cujus tempus adhuc durat; & hoc fatetur probabile *Laym.* l. 4. t. 8. c. 1. n. 6. licet contrarium teneat.

1282 §. 4. Si prandium differre debeas ultra horam communem, potes aliquid cibi sumere, ne vires deficient aut stomachus dolore prematur, quia talis cibi sumptio censetur medicina, uti ex benigna interpretatione Ecclesie censent *Nav. Tol. Az. Saa, Val. Less. Laym.* cum *Castrop.* p. 2. n. 3.

1283 Q. 247. *Quamdiu liceat protrahere prandium.*  
R. Saltem ad duas horas, nec ultra, uti volunt *Fagund. & Tambur.* in Dec. l. 4. c. 4. §. 2. n. 15., si enim liceret protrahere usque ad vesperum, etiam liceret sumere secundam refectioem post prandium, idem enim est, in ordine ad nutriendum corpus, intra tantum tempus incipere novam aut continuare eandem refectioem, quæ re ipsa erit moraliter multiplex. *Nec refert*, quod non semper edatur, sed fiat confabulatio, nam interea concoquit stomachus cibos ingestos, qui sufficiebant pro integro prandio: & licet *Pasq.* cum *Gob:* in *Quin:* t. 5. c. 26. n. 8. excusent Germanos præcipue ex consuetudine protrahendi etiam ad 4. & 5. horas, attamen nescio, an ista  
consue-

consuetudo approbetur : hoc tolerandum esset , si post duas circiter horas apponerentur sola bellaria vel leviores cibi , maximè si postea vesperi abstineretur à collatione, quæ sic censebitur quasi anticipari.

Q. 248. Quid faciendum sit illi , qui die jejunii <sup>1284</sup>  
manè vel post prandium comedit. R: §: 1. Si manè sumpsit jentaculum non æquivalens plenæ refecti-  
oni, potest moderatè prandere, quia non amittit jus ad unam plenam refecti-  
onem, *Less: Laym: c. 2: n: 14.* ; si autem non sumpsit nequidem æquivalens collationi vespertinæ, potest prandere & vesperi sumere collationem, *Diana p. 10. t. 14. R. 61. Tamb: §. 3. n. 14.*, quod concedit *Turr.*, licèt malâ fide sumpsisset : Si tamen sumpserit æquivalens collationi vespertinæ, poterit sumere prandium in meridie vel vesperi, si autem sumat in meridie, *Diana & Tambur:* dicunt non posse sumere collationem vesperi, quia hanc sumpsit manè; si tamen esset graviter incommodum vesperi pati inedia, permittit eam etiam vesperi *Tambur.*

§: 2. Si per inadvertentiam manè sumpsit <sup>1285</sup>  
jentaculum sufficiens ad prandium, secundum *Fagund: & alios apud Laym: & Castrop: n: 10.* adhuc potest prandere, quia cùm sit factum ex ignorantia jejunii, non computatur pro prandio, ergo manet jus ad illud: sed probabilius est cum *Dian: Laym: Castrop: & aliis* non posse prandere, quia habuit unam plenam refecti-  
onem, & æquè <sup>1286</sup>  
nutritus est, sive sciens sive nesciens ita jentârît, poterit itaque vesperi tantùm sumere collationem.

§: 3: Si ex malitia vel iter factururus manè pran- <sup>1286</sup>  
dit,